Borcolt. in Comment. in conſuetud.feud.c 3. num. 26.in fi. & num. 44. Cardinal. Zabarel in d.capit. potuit de locat. Graff.li.2. recept.ſenten.cap.3.uerb. feudum quæſtion. 6. Villalob.in communib opin. littera F. num. 24.Bertachinus in ſuo repertor. uerb. feudatarius. Gribald. in communib. opin. ſub litt. F. uerb. feudum, in princip. Roſenthal. in

*Eſt communis opinio, vt dicit Alex.conſ.9.nu.3.lib.3.quem*
c *refert* c *Marſil.ſingul.446.magna profectò. & Caſſador. de ciſ.2. de iureiuir. nu.6.licet in lib. meo ambo illum corrupte ſub alio numero allegent.Hãc etiam dicit eſſe communẽ Deci.in Authent. qui rem, nu.7. C.de ſacroſan.Eccleſ.& conſ. 138.nu.5.Curt.iun. de feud.in 4.parte.in 23. cauſ.priuationis feudi, in quarta limitatione. Iaſon in præludijs feudorum,nu.57.& ſeq. Hæc enim cauſa priuationis non eſt à iure poſita in vaſallo. Cum ergo ita non ſit iure cautum,neque nos id dicere debemus. Eſt enim feudum de ſui natura conceſſio gratioſa, & ſpecies beneficij, quod his caducitatis regulis recipientem non aſtringit.*

tract.iuris feud.c.10.concluſ. 34. & Fachin. libr.7. controuerſ. iur.c. 87.ubi diſſentientium argumenta reſoluit. *Harprec.*

c *Marſ.*] Adde eundẽ Marſ.ſing. 95. contractus cenſualis, alleg. tex. cum gloſſ.in cap conſtitutus,de relig.domib. & not. Bart. in l. 1. §. 1. ff. de public.& Bald.in titul.de pac.Conſtan.uer. perſoluere fictũ. *Gouean.*

## QVAESTIO LII.

SVMMARIA.

Ex Caro.

1 *Vaſallus non alens dominum,an priuetur feudo.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus vaſallus dominum in opem alere, vel incarceratum redimere teneatur remiſsiue.*
2 *An, & quatenus vaſallus, dominum ſum ab hoſtibus. captum non redimens feudo cadat.*

ADDITIONES.

a 1 N*Vnquid vaſallus non preſtans alimenta domino egeno, &c.*] An,† & quatenus vaſallus dominum inopem alere, vel incarceratum redimere teneatur, obertim explicatum eſt ſupra ad q. 23. & 24. *Harprec.*

b *Captiuitate exiſtentem.*]
2 Si † uaſallus dominum ſuum ab hoſtibus, uel latrunculis captum nõ redemerit, feudum ſuum amittit, argument. Nouell.115.cap. 3.§ ſi unum, 13, iuncto titul.24.§.2.uerſicul.prædicti modis, libr 2.F. Quod tamen ita demum verum putatur, ſi dominus captus ab hoſtibus, vel latruculis ſe proprio ære, ſiue proprijs nummuis, uel non abſque maxima diminutione bonorum, & patrimonij ſui, uel nullo modo ſe ab hoſtibus redimere poſſit. Secus autem eſt, ſi dominus habeat patrimonium ſufficiens ad redimendum ſe ab hoſtibus, uel latrunculis. Tunc enim uaſallus ad redimendum ipſum nihil contribuere tenetur. Nam dominus, in neceſſitate conſtitutus, prius à ſe ipſo incipere, & burſas ſuas euacuare, nec aliter, quam in ſubſidiũ, à uaſallo ſuo quid exigere debet. Ita notant, Cynus, Alberic. de Roſat.& Balduus in l. nemine, 11. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Guido. Pap. deciſion. Delph.quæſt.113.& 551.in fin.& ſingul. 13.Præpoſit.in prælud. feud.nume.79.Socin iun.conſilio 98.numer.10. & 11.lib. 3.hoſque referens Schrader in tractat. feud. parte 9. capit. 8. numer.8. Quibus addantur Vveſenbc.de feud. capit.10. num. 8.Schneidevvin.de fend. part.5. nu. 121.& Paulus Berens diſput.feud.7.th.80. *Harprec.*

### QVÆST. LII.

1 a Q*Væro,nunquid* a *vaſallus non præſtans alimenta domiuo egeno,vel eum in car-*
b *ceribus, vel captiuitate* b *exiſtentem liberare non curans. priuetur feudo? dixi ſupra q. 23.& 24.*

## QVÆSTIO LIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Vaſallus faciens contra iuramentum fidelitatis priuatur feudo.*
2 *Et quid ſi habeat feudum à pluribus, delinquat tantum contra vnum.*

Ex Additionibus.

1 *Vaſallus, contra iuramentum fidelitatis delinquens, feudo priuatur.*
2 *Niſi dominus feudi prius peccauerit contra contenta fidelitatis.*

ADDITIONES.

a F*Idelitatis.*] Quid ſi vltra 150.annos recepit iuramentum à ſubditis,quod poſtea per annos 100.non eſt petitum,nec præſtitum, nunquid preſcribatur, vt vaſalli non teneantur? vide per Bald.conſil. 518. Hic cadit alia dubitatio, vtrum in ſacramento fidelitatis comprehendatur aliud, quam illud quod habetur in capit. 5.titul de forma fide, ac in capit.1. de noua form. fid. per Iac.in ſuis quæſtionib. feudalib. quæſt. 39. Et an poſſit præſtari per procuratorem? quod non, & quare? vide per eund.ibi quæſt.25.qui in hoc fuit ſibi parum conſtans. *Giach.*

*Facit contra contenta in iuramento fidelitatis.*] Vaſallus,
1 † contra iuramentũ fidelitatis, & eius contenta peccans, feudo cadit. Ita, teſte hic Claro, Doctores communiter tenent, Bald.Aluarott.Præpoſit. & Schenck.in capit.1.de form.fidelit. Petr.Rauen.in capit. 1. §.illud enim in fine. Quæ fuit prima cauſa benefic. ammitt. Schrader. in tract. feud. part.9.cap.9.nu. 12. cauſ. 43. Petrus Iacob. de practic.aur. libellor. rubr.59. numer. 16. & 40. Ioan. Petr. Ferrar. in form. libell.quo agitur ad reuocat.feud.§. nec ſuperſtitibus, nume.24. cauſ.8. Aym.Crauetta.in tract.de antiquit.temp.part.4.§.tranſeo nunc ad quartam, &c. num. 155. Henricus à Roſenthal. in tract.iuris feud.c.10.concl.15.numer.1.alijq; ab eo congeſti.

### QVAEST. LIII.

1 T*V ſcis,quod vaſallus, qui delinquendo facit con-*
a *tra contenta in iuramento* a *fidelitatis, poteſt feudo priuari. Ita dicit gloſſ.in cap.1.§.ſimiliter. in verbo, Sciens, quibus mod. feud. amitt. quę communiter approbatur, vt dicit Alexan. conſil.18. num.16.lib. 6. Modo vnus vaſallus habens*
2 *rem in feudum à pluribus, delinquit contra vnum ex dominis; Quæro,an cadat in totum à feudo,an autem pro parte tantum? Reſpondeo quod cadit pro parte tantum. Ita colligitur ex text. in capit. 1. de vaſallo,qui contra conſtitutionem Lothar. &c. & ita communiter dicitur, vt ait Alexand. in l. communis, numero decimo ff. de in ius vocand. Videtur enim ſolum pro parte deliquiſſe, ex quo eum tantum offendit, quem pro parte duntaxat in dominum recognoſcit: & ideo vbi teneret feudum à pluribus in ſolidum, res non tranſiret ſine difficultate.*

Quod



2 Quod † tamen non procedere uidetur, ſi dominus feudi prius delinquerit contra fidelitatem reciprocam uaſallo debitã. Tunc enim uaſallus poſtea delinquens contra capitula fidelitatis feudo priuari nequit. Gloſſ.penult.in c.1.§. fin.de nou. form. fidelit. eamque citans Schrader. d. part.9. cap.9.nu. 14. uerſ. tertio hæc cõcluſio,&c. *Harp.*

## QVAESTIO LIV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Vaſallus an poſſit feudo priuari propter amicitiam contractam cum inimicis domini.*

Ex Additionibus.

1 *Num vaſallus cum inimicis domini amicitiam contrahens feudum amittat.*
2 *Vtrum in dubio præſumatur vaſallus in domini perniciem contraxiſſe amicitiam cum inimicis domini: an vero huius rei probatio domino incumbat.*
3 *Amicitia per ſe res honeſta eſt.*

ADDITIONES.

a 1 A*N vaſallus poſſit priuari propter amicitiam contractam.*] Si † uaſallus cum hoſte, alijſque inimicis domini contraxerit amicitiam, in perniciem, ſiue damnum, odium, aut contemptũ domini, feudum merito amittit, per textum in tit.57. lib.2. F. Et, poſt Clarum noſtrũ, alioſque notant Ludolphys Schrader. in tract. feud.part.9.cap.5.nu.23. & ſeqq. Z. in Epitom. feud.par.10.nu.32. Borcholt. in Commentar. in conſuetud. feud. capit.8. nu.121.& ſeqq.Sõsbecc. part.12. num.43.& ſeq. Schneidevvin. de feud. par.8.nu.55.cum ſeq.Intrigliol. in cent. feud. q. 89.nu.71.Roland.à Valle conſ.1.num.81. & ſeq. uol.3. Menochius conſil. 102.nu.14. & ſeqq. Soarez.in theſaur.commun. opin.lit. F.nu.79.& ſeq. Vulteius lib.1. de feud.cap.11.nu.29. Mozz. ex quib. cauſ. feud. amitt. num.66. & Henricus à Roſenthal. in tract. iuris feud.cap.10.concluſ.12.num.14. Cete-
2 rum † in dubio uaſallus in domini offenſionem, & perniciem ſeſe aggregaſſe ad amicitiam hoſtis, alteriuſue inimici domini ſui, haud præſumitur: ſed huius rei probatio domino
3 incumbit. Eſt † etenim amicitiam res per ſe honeſta, argu. l. latæ culpæ, 233. §.1. ff. de uerb. ſignificat. ac proinde ad facta turpia ſe non extendit, l. filius, 15. ff. de conditionib. inſtitut. Atque ita tenent Andr.de Iſern. Aluarott. & Præpoſit. in l. ſi capitanei, quibus mod. feud. amitt. Iacobin. de S. Georg. in tractat. de feud. in uerb. Dictique uaſalli premiſerunt, num.14. Albert. Brunus conſ.114.nu.325 hoſque allegãs Schrader, d.par.9. cap. 5. num. 30. Quibus accedit quoque D.Collega Bocerus claſſ. 5.diſput.20.th.31.edit.2. ubi diſsẽtiẽtes citat Matthæum de Aflict.ad titul. 24.§. porro ſi dominum, lib.2. F. num. 21. Socin. iunior, conſ. 134. nu.36. lib.3.& Menochium d. conſ. 102. nu.11. & 12. lib.1. *Harprec.*

b *Quod ſic.*] Ad idem adde etiã per Iacob.de S. Georg.in ſuis quæſt.feudalib.q.15. nu.23. ubi tamẽ hoc limitat, niſi uaſallus ita feciſſet iuſto timore motus: nã tũc excuſatur, ut per eum. Item ad excuſationẽ uide per Rol. conſ.1.uol.3. in 2.cap.per totũ, ubi tamen nu.82.& 83. declarat, feudo uaſallum priuari ob amicitiã conflatam cũ inimico domini, ſi ſit contracta amicitia in perniciam,ſeu damnum domini, alias ſecus. Adde,ut per Afflict.deciſ.39.nu.28. *Giach.*

### QVÆST. LIV.

1 a Q*Væro,an vaſallus* a *poſſit priuari propter amicitiam contractam cum inimicis*
b *domini? Reſpon. quod* b *ſic.Ita dicit gloſſ. in cap. 1. in verbo, Concubuerit, quib. mod. feud. amitt. & in l.1.§. cum patronus. in verbo, Cum inimicis. ff. de offic.præfect. vrb.quas gloſſas ſequuntur commun. DD.vt ait Gratus conſil.1. numer.81. lib. 1. Non enim videtur domino fidelis, qui cum eius inimicis amicitiam contrahit. Hanc tamen concluſionem intellige,vt procedat,quando talis amicitia fuit per vaſallum contracta in perniciem domini, alias autem propter ſolam amicitiam contractam cum inimico domini ad alium effectum, non eſſet vaſallus feudo priuandus. Ita dicit gloſſ. in cap.1.§.porro. in verbo, Aſſalierit. quæ fue. prima cauſa benefic. amitt. & in capit.1. in verb. Scienter hic poteſt eſſe tit. quib. mod. feud. amit. quam ſequuntur communiter Feudiſtæ, vt dicit Curt. iun. de feud. in 4. parte, in 15. cauſa priuationis feudi.*

## QVAESTIO LV.

*SVMMARIA.*

Ex Claro.

1 *Vaſallus relinquens dominum in prælio an priuetur feudo.*

Ex Additionibus.

1 *Vaſallus relinquens dominum in prælio, non lethaliter vulneratum, feudum perdit.*
2 *Pęnitentia vaſallum non excuſat.*
3 *Miles punitur, qui agmen exceſſit, vel arma amiſit.*
4 *Pœna delicti ex pœnitentia delinquentis non remittitur.*

AD-

A D D I T I O N E S.

a Vaſallus relinquens.] Et quod vaſallus teneatur ſequi dominum in bello, ſi vult eſſe ſaluus, ſiue moueat bellum, ſiue moueatur ſibi illicite, vide per Roland.conſ.48.num.42. 43. volum.4. Giach.

An vaſallus relinquens dominum in prelio, pri-
1 uetur feudo.] Quod † vaſallus, dominum in prælio ſeu acie periclitãtem, non lethaliter vulneratum, deſerens, feudo mulctetur, relucet ex tit.5. in princip. & titul.21.§. vltim.lib.1. F. tit. 24.§. item qui dominum, 2. & tit. 57. lib.2. F. Idque adeo verum eſſe creditur: vt, etiamſi poſt fugam pœnitentia ductus ſtatim ad dominum reuertatur, ni-
2 hilominus feudo priuetur. Tum † quia feudorum placita ob id ſolum feudo priuant vaſallum, quod hic dominum ſuum in bello dimiſit, d.tit.5. in princ.& d.tit.21.§. vltim.lib.1. F. cum ſimilib. modo allegatis. Tum quia illo ipſo momento, quo ab-
3 fuit vaſallus, periculum imminere domino potuit. Tum † quia punitur miles, qui duntaxat agmen exceſſit. l.3.§. ſed qui agmen, 16.ff. de re milit. quique ſaltem arma in bello amiſit, vel alienauit, d.l.3.§ miles, qui, 13. ff. eod. Tum quia nemo fugæ peccato pœnitentia ſua nocens eſſe deſinit, l. quid ſi fugitiuus, 17.§.1.ff. de
4 ædilit. edict. Tum † denique quia pœna delicti ex pęnitentia delinquentis non remittitur, l. qui ea mente, 65.ff.de furt.l.penult.ff. vi bonor. raptor. Atque his argumentis hanc ſententiam defendunt Martinus Laudenſ.ad d.tit.5. lib.1.F. Curtius iun. in tract. de feud.part.4. num.12. Sonsbeccius in Commentar. in vſus feud. part.12. numer.14. D. Bocer. claſſ.5. diſput. 20. th.115. ſub littera C. Mozz. ex quib. cauſ. feud. amitt. num.87. Vult. lib.1. de feud. cap.11. num.19. & Berens diſput.feud.th.70. & ſeq. Harprec.

QVÆST. LV.

1 a Quæro, an vaſallus relinquens a dominũ in prælio, priuetur feudo? Reſp. quod ſic, ſi dominus nõ ſit mortuus, nec ad mortẽ vulneratus. Tex. eſt in cap.1.in princ.quib. mod. feud.amitt.tenetur.n. vaſallus dominum adiuuare, dixi ſupra quæſt.21.

## Q V Æ S T I O LVI.

S V M M A R I A.

Ex Claro.

1 Vaſallus deteriorans rem feudalem, an poſſit feudo priuari.

Ex Additionibus.

1 Quæ requirantur ad hoc, vt ex cauſa deteriorationis vaſallus feudum ſuum amittat.
2 Quæ modica, vel inſignis deterioratio ſit, iudicis arbitrio relinquitur.

A D D I T I O N E S.

a Si vaſallus.] Adde videndum per Roland. conſil. 40. per totum, volumine quarto. Giach.

1 Si vaſallus notabiliter abutatur re feudali.] Ad † hoc, vt cauſa deteriorationis feudo ſuo exuatur vaſallus, duo præcipue cõiunctim requiruntur. Prius eſt, vt dolo malo, vel culpa ſua rem feudalẽ fecerit deteriorem, per tit.21.de feudo ſine culpa non amitt. tit.22.§.vltim.ibi, niſi cõuicta culpa, lib.1.F.tit.22 in princ. ibi, eum in culpam incidiſſe, tit. 24.§. præterea, verſic. quod ſi non fecerit dolo, vel negligentia ſua, tit.52.§.vltim.lib.2.F.Bal.& Dec. in auth.qui rem,C.de ſacroſanct. Eccleſ. Iaſon cõſ.17.lib.1.Schrader. in tract.feud.par.9. capit.6. num.68. Alterum, vt deterioratio illa inſignis, adeoque notabilis quantitatis fuerit, d.tit. 24.§.præterea, ibi, grandem iacturam, & §. item ſi delator, ibi, graue diſpendium, & §. denique verſ. ſi vero, ibi, grauiter deliquerit, & graue quid commiſerit, & tit.23. in princip. verſ. de illa, ibi, egregiæ ingratitudinis cauſæ, lib.2.F.Borcholt. in Commentar. in conſuetud. feud. cap.3. num.33. Schneidevvin. de feud. par.8. cap.1. num.31. Schrader.d.part.9 cap.6. num. 66. Vulteius lib. 1. de feud.cap.11. num.39. Bocer.claſſ.5. diſput.20. th. 64. edit. 2. Roland. à Valle conſil.1. num.103. vol.3. Roſenthal. in tractat. iuris feud. capit.10.
2 concluſ.33.nu.1. Quæ † autem ſit dicenda modica, vel magna ſiue inſignis deterioratio, iudicis arbitrio relinquendum eſt. Bald. in l.3. C. de locat. Tiraquell. in l. ſi vnquam, 8. in verbo, omnia, numero trigeſimo primo, C.de reuocat.donat. Menoch. lib.2. de arbitr. iudic. quæſt. cent. 1. caſ. 78. hoſque citans Borcholt. dict. capitulo tertio numero trigeſimotertio. Harprec.

QVÆST. LVI.

1 a Quæro, a ſi vaſallus notabiliter abutatur re feudali, illam deteriorando, nunquid erit ſufficiens cauſa, vt poſſit feudo priuari? Reſpond. quod ſic. Et ita tenent omnes, vt dicit Molin. in conſuetud. Pariſ. feud. §. 80. num. 166. moti exemplo emphyteutę, qui propter deteriorationem poteſt à re emphyteutica expelli. Hęc tamen concluſio nunquam mihi placuit, quia argumentum de emphyteuta ad vaſallum non procedit ad infligendam pœnam priuationis, vt dicunt omnes DD. per me allegati, ſupra in quæſt. 51. ideo niſi vaſallus diſſiparet, vel dilapidaret maiorem, vel meliorem partem rei feudalis, tenerem, quod non poſſet feudo priuari. Eſt enim feudum quaſi donatio, ſaltem reſpectu vtilis dominij; merito non debet eſſe in conſideratione etiam notabile detrimentum, quod vaſallus faciat in re feudali, citra tamen præiudicium ipſius directi dominij.

## Q V AE S T I O LVII.

S V M M A R I A.

Ex Claro.

1 Vaſallus ſciens imminere periculum domino, ſi eum non certiorauerit, an cadat à feudo.
2 Et quid ſi non potuit illum certiorare.
3 Et quid ſi potuit obuiare periculo domini, & non fecit.

Ex Additionibus.

1 An vaſallus ſciens imminere periculum domino, ſi eum non certiorauerit, à feudo cadat.
2 Et quid, ſi potuit obſiſtere periculo domini, & non fecit.

ADDITIONES.

a Vaſallus.] Hic ſcias, quod vaſallus ſciens domino imminere magnum periculum, & ei non præſtans auxilium, ad quod tenetur ex iuramento fidelitatis, dicitur eſſe in mora, per Mariu. Anguiſſol. conſil.27. ſub num.6 Et de vaſallo conſcio de morte domini ſui vel de turbatione ciuitatis



tis ſuæ, uel de alio commiſſo in ciuitate ſua, quod puniatur pœna vltimi ſupplici, & in confiſcatione bonorum, ob non reuelationem, quando tamen coniurationem probare poterat, alias nõ vide per Rolan. plenè in conſ.88. vol. 2. Giach.

Nunquid vaſallus ſciẽs imminere periculũ domi-
1 no.] Quod vaſallus ſciẽs dominũ periculo, vel dãno magno obnoxiũ non admonuit, aut certiorauerit, feudo priuandus ſit, patet ex tit.24 § pręterea & tit.26. §.licet vaſallus, & tit. 28 §.ad hoc quãtocunq; lib. 2.F.& tradunt, pręter Clarum noſtrum, Sõsbecc.in Comment.in vſus feud par.12. nu. 15. Brun.conſ.28.nu.2. Rol. à Val.conſ.1 nu.96. Cæphal.cõſ.95 n.31.& cõſ. 76.nu.61.Borcholt.in cõment. in conſuetud. feu. cap.8. nu. 106. Soarez in theſ.recept.ſentten. lit. F. nu.80.& Vultei. lib.1.de feud. cap.11. numer. 47. Harprec.

2 b Et non fecit.] Si † vaſallus dominum certiorem reddere nequeat, periculo tamen illi obſiſtere poſſit, non autem obſiſtat, eo caſu etiam vaſallum feudo priuandum eſſe, vltra Clarum noſtrum, diſertè ſcribunt Sonsbecius, & Vulteius locis allegatis. Hucque accommodari poterunt, quæ annotauimus ad §. item lex Cornel. de ſicarijs, 5. Inſtitut. de public. iudic. numer. 133.& ſeqq. Harpr.

c Non teneatur obuiare delicto.] Adde Ioã. Igneum in l.1. §.ſerui, numero 131. & ſequent. ff. ad Syl.Apoſtil.ad Deciũ in capit.1.de offic. deleg. Alb.in l.metum, §.Sed licet, ff. quod met. cauſ. Felin. in dicto capit. primo, ver. conclude ergo. Iaſ. in l.vt vim, ff.de iuſt. & iur. Sunt tamen caſus traditi per Bartolum, & alios in dict. lege vt vim, in quibus, quis tenetur obuiare delictum. Gouean.

QVÆST. LVII.

1 a Quæro, nunquid vaſallus a ſciens imminere periculum domino, ſiue circa perſonam, ſiue circa grauem iacturam bonorum, ſi dominum non certiorauerit, poſſit feudo priuari? Reſpo. quod ſic. Et de hoc eſt text. expreſſus in cap.1. §. præterea, quæ fuerit pri.cau. benef. amit.

Hæc tamen concluſio intelligenda eſt, vt procedet
2 quando vaſallus potuit domi-
b num certiorare, & non b fecit, alias autem ſi non potuit dominum certiorare, non eſt puniendus. Ita colligitur expreſſe ex verbis illius textus, dum dicit, quam citius poteſt. Et ita concludit gl. ibi, in verbo, Certiorare, quam dicit eſſe cõmuniter approbatam Curt. iun. de feud. in diſt. quarta parte, in 26. cauſa, verſic. Secnudo limita. valde enim iniquum eſſet, vt pro eo, quod quis abſque culpa facere omiſit, puniretur.

3 Sed quid ſi tunc quidem cum ſciuit, non potuit certiorare, poſtea vero potuit facere reſiſtentiam, & obuiare huiuſmodi periculo, & damno domini, & non fecit? Reſp. quod hac caſu non eſt excuſandus à priuatione feudi. Ita dicit glo. in d.§. præterea. in verb. Certiorare. Et ita ſublimitant cõmuniter Scribentes, vt dicic Curt. iun. in d.26. cauſa, in fin. videtur enim quodammodo conſentire delicto, qui cum poſſet delinquere volenti reſiſtere, non reſiſtit. Et licet regu-
c lariter quis uon teneatur c obuiare delicto; tamen quando id commodè facere poteſt, & ſine ſui periculo, vtique tenetur, vt dixi infra lib. 5. §. fin. q. 87. verſic. dictum eſt. & in propoſito huius concluſionis videnda ſunt, quæ dixi in ead. queſtione octuageſima prima circa princip.

## Q V Æ T S T I O LVIII.

S V M M A R I A.

Ex Claro.

1 Vaſallus occidens ſeipſum an feudo priuetur.

Ex Additionibus.

1 Vaſallus, ſibimetipſi manus violentas inferens feudum non amittit.
2 Pena mortuo regulariter inferri non poteſt.

A D D I T I O N E S.

1 a Nunquid vaſallus occidẽs ſe ipſum priuatur feudo.] Quod vaſall.† ſi ſibimetipſi manus violẽtas inferat, propterea feudũ non perdat, merito DD. ple-
2 riq; ſtatuunt. Quia † nullus poſt mortẽ culpæ amplius argui poteſt vaſallus: ac pęna mortuo delinquenti regulariter inferri nequit, l.ſi pęna 20. ff. de pęnis. Ita pręter Clar. Bald. ab eo hic laudatũ, docent, Aluar. nu. 5. Laudenſ n.3. in fin. Præpoſit.nu.3. in fin. Afflict.n.5.& Balzar.nu.17. in c.1. Anille qui interfecit fratrem domini, &c. Eadem de re videantnr Sõſbecc. in cõment. in vſus feud. par.12.n.57. Schneidevvin. de feud. par.8 c. 1.nu. 106.& ſeq. Schrad. in tract.feud.part.9. cap. 3.uu.62. & ſeq. & Henricus à Roſenthal. in tract. iuris feudal. capit. decimo, concluſione trigeſima ſeptima, numero 11. Harprec.

QVÆST. LVIII.

1 a Quæro, nunquid a vaſallus occidens ſeipſum priuetur feudo? Reſpon. quod nõ. Ita determinat Bald. in cap. 1. quib. mod. feud. amit. prout illum refert Iacob. de feud. in verb. Dictique vaſalli promiſerunt el 1. nu. 19. vbi dicit, quod ceteri Doctores eum ſequuntur. Eſt enim hoc delictum vaſalli nullo modo concernens offenſionem domini, merito propter illud non debet vaſallus, neque eius hæredes feudo priuari.

## Q V AE S T I O LIX.

S V M M A R I A.

Ex Claro.

1 Vaſallus an poſſit priuari feudo ſine cauſa.
2 Vaſallus negans tenere feudum à domino, illud amitit.
3 Et quid ſi neget tantum partem, an cadat à toto.
4 Et quid ſi ſimpliciter negauit narrata, prout narrantur.

Ex Additionibus.

1 Vaſallus non niſi iuſta ex cauſa feudum amittit.
2 An, & quatenus Princeps alicui ius ſuũ auferre poſſit, remiſſ.
3 Vaſallus ſcienter negans feudum, eo priuatur.
4 Et quid, ſi neget ſaltem partem feudi.

ADDITIONES.

a Sine cauſa.] Adde, & vide per Rolan. cõſil.3. vbi dicit n.136. iſtud procedere de ordinaria Principis poteſtate, non autem de abſoluta, ſecũdũ quã Imperator haud ligatur. Giach.

An vaſallus poſſit feudo priuari ſine cauſa.]
1 Vaſallum † non niſi iuſta ex cauſa feudo priuandũ eſſe cõſtat ex c.1.de feu. ſine culpa non amitt. tit.21.capit. 1. de natura feud.tit 7. cap.1. in princip. quo temp. mil. inueſtit.pet.deb.tit.22. li.1.F. Ro-

QVÆST. LIX.

1 a Quæro, an vaſallus poſſit feudo priuari a ſine cauſa? Reſp. quod nõ, etiam de plenitudine poteſtatis. Et iſta eſt communis reſolutio Doctorum, vt dicit Crau. de antiq. tempor. in 1. parte, ſect.1. nu. 17. Cum enim vaſallus ſit vtilis dominus feudi, non poteſt Princeps, etiam Imperator, illud dominiũ ſine cauſa ei auferre, tanto magis cum feudũ ſit contractus, & ſecundum communes regulas Princeps ex contractu obligetur, ſicut priuatus.